

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Ionstoni|| Theatrvm|| Vniversale Omnivm|| Animalivm|| Insectorvm

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLXVIII.

VD18 90529197

Titelblatt

urn:nbn:de:gbv:45:1-11095

21.
IOANNIS IONSTONI
THEATRVM
VNIVERSALE OMNIVM
ANIMALIVM
INSECTORVM

TABVLIS VIGINTI OCTO

AB ILLO CELEBERRIMO

MATHIA MERIANO

AERI INCISIS ORNATVM

EX SCRIPTORIBVS TAM ANTIQVIS, QVAM
RECENTIORIBVS, THEOPHRASTO, DIOSCORIDE, AELIANO,
OPPIANO, PLINIO, GESNERO, ALDROVANDO, WOTTONIO,
TVRNERO, MOVFFETO, AGRICOLA BOETIO, BACCIO, RVVEO SCHON-
FELDIO, FREGGIO, MATHIOLO, TABERNAMONTANO, BAVHINO,
XIMENE, BVSTAMANTIO, RONDELETIO, BELLONIO
CITESIO, THEVETO, MARGGRAVIO,
PISONE

ET ALIIS MAXIMA CVRA COLLECTVM

ET

OB RARITATEM DENOVO INPRIMENDVM

SVSCEPIT



FRANCISCVS IOSEPHVS ECKEBRECHT
BIBLIOPOLA HEILBRVNNENSIS.

TPIS IOH. ADAMI SIGMVNDI
MDCCLXVIII.

IOANNIS IONSTONI

THEATRVM

VNIERSALE OMNIVM

ANIMALLVM

INSECTORVM

TABVLIS VIGINTI OCTO

AB H. LO. GELBERRIMO

MATTHIA MERIANO

4-97-036
4
LANDES-
BIBLIOTHEK
OLDENBURG

EX SCRIPTORIBVS TAVNIVS, QVAM
RECENTIORIBVS, THEOPHASTO DIOSCORIDE, JELANO,
OPTIANO, FLINIO, GERNERO, ALDROVANDO, WOTONIO,
JVNIO, MOFFETO, AGRICOLA, BOETIO, BACKO, RAYO SCHON,
FELDIO, BRIGGIO, MATTHIOLO, TABERNAMONTANO, RAYLINO,
XIMENE, RASTAMANTIO, KONDELTIO, BELONIO,
CITRIO, THEPITO, NARGERAVIO,
PISONE

ET ALIIS MAXIMA CURA COLLECTIVM

ET

OB RARITATEM DENVO IMPRIMENDVM

SVSCIPIT



FRANCISCVS IOSEPHVS ECKENBRECHT

BIBLIOPOLA HALLERSTRASSE

TERESIAE ADAM STRASSE

INDOLXIII



PRAEFATIO

AD LIBROS

DE INSECTIS.

Nomen.



I NSECTORVM nomine animalia illa exanguia intelligimus, quae incisuras parte sui vel supina vel etiam prona vel etiam utraque habent, et corpore intus forisque duro constant.

Aristoteles *εντομα* vocat, ab incisuris, quae nunc cervicum

Plin. H. N.
l. 11. c. 1.

loco, nunc pectorum, atque alvi procinctu separant membra tenui fistula cohaerentia. Albertus *annulosa* dixit, quod corpora quibusdam quasi annulis distincta gerant. Imperfecta ad sanguinea si comparaveris dici possunt: nec enim tanto partium apparatu stipantur: si in se considerentur, quia nulla re ad naturam suam pertinente destituuntur, perfectissima jure dixeris.

Partes.

Partes si attendamus, Antennas quaedam in capite gerunt, quae in Lucano cornua potius vel forcipes propter duritiem vocantur: nullas alia habent. Oculi in omnibus patent, illique duri, ut quasi

Arist. H. A.
l. 4. c. 7.

Plin. H. N.
l. 11. c. 27-37.

per membranam vitri modo translucidam cernant; mobiles iisdem, ut, cum ob duritiem hebetius videant, clarius, splendore recepto videant.

Aristot. de
part. lib. 4.
c. 5.

Nec genae ipsis, nec palpebrae. Lingua quibusdam mollis et infirma, dura et valida omnibus, quibus non in alvo aculeus est. Dentibus carent, quae cibo utuntur humido; de quibus ut et aliis cibo accommodatis ita Aristoteles:

Partes quae cibum administrant, non pari ratione datae omnibus, sed plurimum differunt. Quibusdam in ore est, quod aculeus appellatur, quasi compositum, ac una linguae et labiorum obtinens potestatem. Quibus autem aculeus non parte priore habetur, iis intra dentes tale sensorium continetur. Ventrem nonnulla habere advertit idem, a quo reliquum intestinum vel simplex vel replicatum proficiscitur. Viscus nullum est, nullum etiam pingue: nec ossa, nec spina: naturam inter carnem et nervum mediam obtinent. Cute omnia circumdantur, sed admodum tenui.

Arist. H. A.
l. 4. c. 7.

Aristot. de
gener. l. 4.

Brevissime haec Plinius. Insecta ut intelligi potest, non videntur nervos habere, nec ossa, nec spinas, nec cartilaginem, nec pinguia, nec carnes, nec crustam quidem fragilem, ut quaedam marina, et quae jure dicatur cutis: sed mediae cujusdam inter omnia haec naturae, corpus arenti simile; nervo mollius, in quibusdam partibus siccius verius quam durius. Pennas quaedam habere, quaedam non, in textu dicemus, de varietate in differentiis.

Plin. H. N.
l. 11. c. 4.

Ἐλουργεν dicitur crusta quae pennis supervenit, easque vaginae instar condit. Caudam solus scorpio, si Aristotelem sequimur, habet. Senectam exuere suetum illis quorum pennae vagina continentur. Pedes quibus sunt in obliquum moventur: quorundam extremi longiores foris curvantur. Quae vero saliant, vel crura posteriora habent longiora, vel gubernaculis quibusdam saltui accommodatis fulciuntur, retro curvatis.

Aristot. de
part. lib. 4.
c. 6.

Causam apud Aristotelem invenies. Pedes, inquit, priores longiores nonnulla ex illis habent, ut quoniam propter oculorum duritiem non exquisi-

Arist. H. A.
l. 8. c. 7.

Plin. H. N.
l. 11. c. 48.

);(